ſtis Imperatorijs Medicis Illuminato demandauit qui summo labore et
indefesso studio eam plenè curauit, ac ipsum integre sanitati restituit,
Allocutus est Pragæ magnâ curiositate cum matematico Monacus quem Ti:
chonem Brahe appellabant sed plenè insipidum Philosophum, et ignorantissimum
hominem, Vidit et alios sed valdè per exiguos quos ea ciuitas alit
doctos. præcipuus erat Wackerus, et Ornstain ambo in omnibus sci: G. M. Wacker
entijs exercitati, Consiliarij Cesareæ Maiestatis. Visit Coloniensis cir:
ca ea tempora Illuminato [illegible] Coronatos, sic petente Monaco,
Aggressus interim ipsum fortior spiritualis quæ etiam causa fuit ut Pra:
ga discederet ac ad S. Margaritam se conferret, ubi mansit aliquot
diebus donec integre sanitati restitueretur. Deinde Veditio curru
Cracouiam Poloniæ concessit, ibi quam primum venit audiuit li:
teras detentorias contra eum esse ut ibi seruaret nec regno exire
posset Illuminatus, qui hoc ut intellexit quam primum inde
Pragam se contulit. Quo tempore Archiduces Maximilianum
utrumque Matthiam, et Ferdinandum cum aulis ad Imperato:
rem ingredi uidit, eorumque famulatum diligenter obseruauit
Cum verò et circa idem tempus Nuntius Imperatorem a:
diret cum eo Illuminatus ad procerum imperij cubiculum
transiens Imperatorem uidit quod eo tempore cum nullo se
ostendebat permagnum et raro concessum erat. Rosrorum
etiam quotidie incitabat Illuminatum rationibus perspicam
arctis ut à nuntio discederet ab eoque plurimum sibi caueret,
cum certo sciret ipsum sibi plurimas insidias struere, et
magnum aliquod malum machinari at contemnebat hæc
vehementer Illuminatus nec sibi possibile uidebatur cum
tam familiari eius uteretur famulatu ut proditionem ta:
lem suspicari de tam generoso è sanguine nato Antistite non
auderet, Delectabatur hic admodum Mathesi et habebat
domi pontificis Cardinaliumque fere omnium cœlestia thema:
ta indicabat ac sæpe dicebatque plurima Monaco circa hæc
gerens ut horum aliquid velut de propria scientia glorians fo:
ris enarraret, sed Monacus de hac narratione parum cu:
pidus retinuit omnia donec saltim omnia persuaserat pon:
tificem futurum (uacabat enim sedes Apostolica) cito obiturum, et
hoc ut diceret Spinulæ et Doriæ qui Saulum Cardinalem Pontificem
sperabant cum quibus conuersabatur Illuminatus, ingorauit quemadmodum extra
omnem maledicendi sententiam inter iocula egit. Ipsi dum conuicatis
testimonijs prominationi se tradiderunt, et res Romam delata,